



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 71. Variæ Principum conversiones ad veram fidem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](#)

Sæc. XVIII.

A. C. 1716.

§. LXXI.

*Variæ Principum conversiones ad vi-  
ram fidem.*

*Clem. Epist.* Inter plures, easque gravissimas cala-  
mitates, curas & molestias, quibus  
*Elect. Jur.* paternum summi Pontificis pectus af-  
publ. t. 6. flictabatur, tandem grati nuntii felici-  
p. 209. t. 15. tas internæ lætitiae argumentum eidem  
pag. 1709.  
*Kern-Chron.* suppeditabat; quippe Lotharius Fran-  
*An. 1718.* ciscus Archiepiscopus atque Elector Mo-  
*pag. 263.* guntinus die decima octava Februarii  
*Cont. Hist.* summo Pontifici significabat, quod Au-  
*Chron.* gusta Dorothea Eleonora Principissa de  
*pag. 86.* Schwarzenburg Antonii Ulrici Bruns-  
*Lib. 16.* vico - Luneburgici Ducis Filia & An-  
tonii Güntheri II. conjux potissimum  
præfati Electoris assiduo studio tandem  
relictis Lutheri commentis, quibus ab  
infantia innutrita erat, palam ortho-  
doxæ veritatis cultum Erfordiæ in ma-  
nibus Suffraganei suscepit: idem quo-  
que præfata Princeps Pontifici suis li-  
teris annuntiabat; quocirca Clemens  
Papa datis die septima Martii ad eam  
literis tantam Divini beneficij magni-  
tudinem peramanter eidem gratula-  
tus, pariter Archiepiscopum, post-  
quam authenticum professionis solemnii  
ritu emissæ testimonium Romam mise-  
rat, promeritis laudibus cumulavit:

Cum

Cum autem ejusdem Principissæ Ma- Sæc. XVIII.  
ritus die vigesima Decembris Arnstadii A.C. 1716.  
improlis decederet, idque illa Ponti-  
fici literis trigesima ejusdem Mensis die  
datis significaret: Hic illam die vigesi-  
ma tertia Januarii consolatus, præci-  
pue dolebat, quod hic Princeps in suis  
erroribus mortalitatem exuerit, certio-  
rem tamen illam reddidit, quod ipsius  
rationes Imperatori vehementer com-  
mendarit, & propria sua offerens ob-  
sequia certam esse voluit, se minime  
dubitare, quin Cæsar pro eximia sua  
pietate omni ope & præsidio eidem ad-  
futurus sit. Augebatur Pontificis læ-  
titia, dum ex Cardinalis Christiani  
Augusti Saxo-Citiensis ac Cæsarei ad  
comitia Ratisbonensia Commissarii lite-  
ris die sexta Maij compererat, quod  
ad exemplum Friderici Augusti Caroli  
Poloni Regis Filii Mauritus Adolphus  
Carolus præfati Cardinalis Nepos, &  
Mauritus Guilielmus Saxonie Admi-  
nistrator & ejusdem Frater natu major  
ejurata Lutherana secta Catholicam si-  
dem amplexati sint. Ex his prior hoc  
adhuc anno, alter vero nonnisi sequenti  
in Dominica *Jubilate Lipsiæ* palam fi-  
dei Catholicæ professionem emisere:  
cum autem hic simul esset Numburgen-  
sis Pseudo-Episcopus, mox Lutherani  
Capitulares, reservati Ecclesiastici jus  
sibi

Sæc. XVIII. sibi arrogantes, hunc Episcopatum va-  
A. C. 1716. care declararunt, Duxemque coegerunt;

ut relicta Episcopatus administratione  
Weidam Osterlandiae in terris hæreditariis sedem suam transferret. Postquam vero præfatus Dux die decima sexta Octobris anno hujus sæculi decimo octavo Pegavii, ne Imperialis Directorii prærogativam amitteret, ad vomitum redierat, Episcopatus administrationem rursus quidem obtinuit, paulo post tamen die decima quinta Novembbris mortuus misere periit.

### §. LXXII.

#### *Principis Eugenii responsum ad Papæ literas.*

Postquam Eugenius Princeps unacum honorifico dono summi Pontificis literas receperat, debitas repensurus gratias hanc ad eundem dedit epistolam:

„Post Dei Maximi clementiam plus  
„Beatitudinis vestræ excitatam orationibus, qua nuper arma Cæsarea contra infensissimum Christiani Nominis hostem ad Petro-Varadinum triumphare contigit, nihil mihi majus,  
„optatiusque accidere potuit, quam gratioccissimæ Sanctitatis vestræ con-

gratu-